Quelle: https://manuscripta.at/?ID=833
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



119

109

inherentes nec triumphis arrisentibus laureis sed vobis celo affluentem
lorum dispensabit vbi beati eum fruantur sempiterno Atque nos ac

Incipiunt data p dnm Petri ppam Eugenium

Eugenius Episcopus seruus seruorum dei dilecto filio nobili viro Johanni de Capella decretorum doctori ac venerabilibus fratribus Christoforo Episcopo Cermensi ac dilectis filiis ludouico sancte Iustine paduanis Nicolao sacre pagine de monasterio nostri ordinis diuersorum monasteriorum Albanensis oratoribus et nuntiis nostris salutem et apostolicam benedictionem Nulla maior testis est quod inter omnes curas pastoralis officii illa nobis precipue existat qua contentiones dissensiones et scandala et reformationes morum et animarum salutem quanto quanto commodius salubrius intendamus Cum itaque de consilio venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium decretum esset quod concilium generale et ecumenicum celebratum in nostra ciuitate Bononie et ibi per formandis moribus et aliis ordinandis que sunt ad pacem principum et christianorum presertim Italie quam grauibus bellorum turbinibus conquassata pene prostrata iacet consequentur Nostrum et dei gloriam et vtilitatem omnium fidelium cum principalis intentionis esset in omnibus et singulis plenius Basilee congregatis seu ecclesia forsitan congregandis et in ipsi congregationis modo et forma in fine sessionis proxime future determinatis como nisi habitis rationibus et persuasionibus quibus melius poterunt et sentiunt vt predicti plenius de Basilea ad ciuitatem Bononie predictam valeant et in effectu se conferant per generalem conuocationem ut premittitur celebrandum Item declarabitur inter intentionem esse per dictum concilium Bononie celebrandum sit idem per omnia cum concilio quod Basilee est celebratum ut sic sit sola locorum mutatio non concilii licet in litteris nostris super assolutionem dicti Basilienses concilii aliquibus forsitan aliud continere videantur Ita tamen quod omnia et singula per dictos plenius seu congregationes in dicta ciuitate Basilee a primo premissa sessione attentata per eos penitus reuocentur et in statum in quo erant ante dictam assertam sessionem per omnia reducantur Cum et nos in euentum dictae reuocationis intendamus omnia et singula si qua forsan quod attentata esset contingeret in statum pristinum reduci et sic eos quod reuocare posse et pro in sententia haberi decernimus vt sit abolitum retributis nouum fuit ita et sit in vnione corporis et membrorum vnio spiritus vna mente in hemulcia et caritate ad ea que dei gloriam salutem populi populum et omnium fidelium cum reformationem conducunt salubrius procurantur Et ad hoc offerent dictam Ciuitatem Bononiensem in toto suo comitatu et omnia et singula castra